

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius

**Sánchez, Francisco
Schoppe, Caspar
Perizonius, Jacobus
Franequera, 1687**

De syllepsi

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

Stich. Imo enim hic magis est dulcius: idem Bacchid. Magis amiciosem. Hinc illud in sacris, quod imperiti damnant; Magis plaris estis vos. Julius Ruffinianus Rhetor, Pleonasmum vocat, vivere vitam, pugnare pugnam, seruire servitatem, nocere noxam, furere furorem. Cui facile assentior, dum ne credat, Pleonasmum esse, Longam vitam vivere, & hunc furere furorem: nam ut, Vidi oculis, Pleonasmus crit; ita, his oculis vidi, Pleonasmus non est. Additur quoque Superlativis adaugens particula. Columella; Apis, si seruit, * maxime pessima est. Sic dixit Horatius; Græcorum longe doctissimus.

De Syllepsis.

Concordia vocum versatur in generibus, numeris, & casibus; at vero discordia casuum ferri non potest, sed in generibus, & numeris tantum, quæ per syllepsin excusatur.

Syllepsis, id est, conceptio, fit, quoties generibus, aut numeris, videntur voces discrepare.

Syllepsis generis est, quum aliud genus proferimus, & aliud concipimus. Cic. pro Sext. Duo importuna prodigia, quos egestas &c. 22 [Plaur. 22 prolog. Pœn. Scortum exoletum ne quis in pro-

L 1 5

,, scæ-

* Maxime pessima est] Sic verpolitissima Auct. ad Herenn. IV 32. Tum Pomp. de Or. Juris §. 45. Perquam brevissimos libros. Curt. IV. 7. Bessum quoque Balthavorum Ducem, perquam maximo posse exercitus coactis, descenderet ad se jubet. Ubi non arbitrer temere à codicum fide recedendum, qui si omittant Ducem, refer Balthavorum ad Exercitium. Certè cur ita profus displiceat perquam maximo, non video.

„scenio sedeat, * pro, ne quis cinædus exoletus:
 „nisi tamen, Quis, priscè, omnium generum
 „fuisse dicamus.] Virgil. 7. Æneid. Pars ar-
 „dus altis pulverulentus equis furit. Livius lib. 10.
 Capita conjurationis virgis cæsi: idem; Latium,
 Capuaque agro multati: idem; Samnitium cæsi duo
 millia trecenta. Florus; Duo millia electi, qui
 mori juborentur. Curtius; duo millia crucibus
 affixi. Et in Sacris; Duodecim millia signati; quod
 Valla ineptè carpit. In relativis quoque genus
 videtur discrepare. Terent. ubi illic scelus est,
 qui me perdidit? idem; Dii illum senium perdant,
 qui me hodie remoratus est: idem; Aliquid monstri
 alunt, ea quoniam nemini obrudi potest, &c. Est
 & Syllepsis, ut quibusdam placet, cum no-
 minibus epicœnis aliud genus damus, quam
 terminatio ipsa præfinit; ut, Talpæ cæci, &
 timidi damæ; canis fætæ; boves meas; elephantaus græ-
 vida; nova miles; & multa hujusmodi: sed ego
 ad Ellipsin refero. Catull. ad Manlium; Nec
 tantum niveo gavisæ est ulla columbo Compar. Vide,
 Fœmina.

† Syllepsis numeri est, cum ex singulari plu-
 rale concipimus, aut contra. Virgil. Pars in
 frustra secant. Ovid. Pars volucres factæ. Terent.
 Ape-

* Pro ne quis cinædus &c.] Vel potius, ne quis existens
 scortum exoletum &c. Vide supra in Ellipsi Nominum
 Eni. Vel etiam, ne scortum exoletum, ne quis hominum
 ejus generis. Sic certe explicandum videtur illud Cato-
 nis apud Festum in Prohibere; Servi, ancilla, si quis
 eorum sub centone crepuit, nullum mihi vitium facit. Simi-
 liter Terentiana illa, Aperite aliquis actum ostium. Vide
 & quæ notavimus ad Zeugmas.

† Syllepsis numeri] Sic Cic. Famil. X. 30. Cornu frustis
 pedem referre cœperunt. Liv. l. 41. Clamor concursusque po-
 puli mirantium. Sall. Catil. 23. Pleraque nobilitas invidia
 astuabat. & quasi pollus Consulatum credebant. Vide omni-
 no Gronovium de Pecunia Vetere II. 4.

Aperite aliquis, Sallust. Capere se quisque magis extollere. Virgilius; Alterum in alterius mactatos sanguine cernam. Et in sacris; Alter alterius onera portate. Terent. Eunuchum dixit velle se, quia sole his utuntur regine: idem Heaut. Nam parentum injuria iniusmodi ferme sunt, paulo qui est homo tolerabilis, Boetius; Nil infelicius homine, quos morsus muscarum necat. Est & syllepsis numeri, quum plura singularia feruntur in pluralem, suppositi dignitate servata; ut, ego & tu valemus; ego & vos sedemus; tu & pater jubetis.

Syllepsis * per genera & numeros simul, talis est. Sallust. *Pars in carcerem acti, pars hostibus obiecti. Livius; Maxima pars ab equitibus in flumen acti: idem; Pars per urbes dilapsi: idem; Tunc enim vero omnis aetas currere obvia. Virgilius 6. Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi: idem; Pars mersi tenere ratem. Stadius lib. 7. Subeunt Tegea juvenis Auxilio tardis.*

Est & audacior quaedam Syllepsis numeri, quum unus tantum casus, texto comitatus fer-

* *Per genera & numeros*] Sic Sall. Jug. 48. Magna pars vulnerati aut occisi. Cap. 105. Cohors Patignorum venaribus armis, non secus atque a iis armis adversus tela hostium. quod ea levia sunt, nunti i. Quem locum perperam sollicitat Urfinus. Senlius est, Pelignos aequo hitce levibus armis ac si alia & graviora haberent, fuisse munitos adversus tela hostium, quoniam & illa tela item sunt levia. Orat. 1. ad Cael. Cetera multitudo alius alium fecit. Or. 1. Draso semper consultum fuit summi ope nisi pro nobilitate, ut quae viliam rem agere intendit, nisi illi auxilios fierent. Ael. Var. Hist. X. 21. *εποδὸς πεδιστῶν καὶ δροσῶν*. Vide & Gronov. d. 1.

† *Quum unus tantum casus*] Sic iterum Sallust. Jug. 107. Boetius cum patricius postremam aetatem invadent. lib. III. Histor. in Ep. Pompeji, Dux hostium cum Valentinio & exercitu delit. Liv. XXI. 60. Dux cum aliquot Principibus appinuar. Ubi Vide Gronovium.

fertur in pluralem : ut si dicas ; *Mata cum liquida ancipitem reddunt præcedentem vocalem*, Ovid. *Ilia cum Lauso de Numitore sati* : idem *Metam. 1. Littora, cum plausu clamor, superasque Deorum implere domos* : idem *2. Metam. Sors eadem Ismarios, Hebrum cum Strymone, siccat*. Virgil. *Alterum in alterius mactatos sanguine cernam*. Terent. *Heaut. Syrus cum illo vestro consurrant*. Virg. *2. Æneid. Divellimur inde, Iphitus, & Pelias necum*. Curtius lib. 4. *Phar-nabazus cum Apollonide, & Athenagora vinciti traduntur*.

Quemadmodum in Syllepsi numerorum, ad nomen primæ personæ recurrimus, deinde ad secundæ, quia digniora sunt; ita in Syllepsi generis, * ad masculinum, si inter alia fuerit, recurremus. Terent. *Quam pridem pater mihi, & mater mortui essent*. Ovid. in *Fast. Mulciberi capti, Marsque, Venusque, dolis*: ibid. *Fane fac æternos pacem, pacisque ministros*. Potest & hoc esse Zeugmatis. Virg. *Cæsarque reportant Almonem puerum, sædatique ora Galesti*. Plin. l. 17. c. 11. *Seriores supradictis, narcissus, & lilium*. Livius lib. 7. *Maced. Decem ingenui, decem virgines, patrum omnes, matrumque ad id sacrificium adhibiti*. Cic. 1. *Offic. Propter summam & doctoris auctoritatem, & urbis, quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis*: idem de senectute; *Quod si hæc apparent in bestiis*,

* *Ad masculinum &c.*] Idque ita, ut etiam uno masculini sexus & generis nomine comprehendatur femininum quoque genus. Tac. Ann. XI. 38. *Cum filios marentes adspiceret*. Atqui Claudius, de quo loquitur, unicum habebat filium Britannicum. Intellige ergo sub hoc vocabulo etiam Filias. Sic XII. 4. *Fratrumque non incestum, sed incestivum amorem*, h. e. fratris & sororis. Vide & ibi Gronov.

volucris; agrestibus; natantibus; suis; cicuribus;
feris, primum se ut ipsi diligant, &c. Virgil, 4.
Georg.

Hinc pecudes, armenta; viros, genus omnis fe-
rarum,

Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas.

Dicunt Grammatici, genus neutrum conci-
pere cetera, dum non sint verè masculina;
ut, *virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata
sunt.* Sed id falsò docetur; nec enim hic
Syllepsis est, sed Ellipsis: deest enim, nego-
tia, græcè Pragmata: quasi vero in propriis
masculinis id fieri non possit: nam recte di-
cas; *pater tibi, & mater sunt vilia, præ lucro.*
Tacit. lib. 5. *Parentes, liberos, fratres vilia ha-
bere.* Solinus; *Polypus, & Chamaleon glabra sunt.*
Ovid. *Classe, virisque potens, per que fera bella ge-
runtur.* Cic. 1. Tuscul. *Dic queso, num te illa
terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fre-
mitus, transvectio Acherontis, mento summam
aquam attingens siti enectus Tantalus.* * Sallust.
præ-

* Sallust. præterea] Sic Liv. XXVI. 21. *Metrico urbs eger-
que in Sicilia iussi dari.* Obsequ. cap. 78. *Sacrarium & lau-
rus ex mediis ignibus inviolata stetero.* Cic. Famil. VII. 20.
Tuam domum, tuosque agros, eaque remoto loco. X. 34.
Si meam vicam studiaque despecta habes. Sall. Catil. 10. *Fis
otium, divitiae, optanda aliis, oneri miseriaque fuere.* Lege
optanda, ex MSto, quem habuit Vir Amplif. Theoph.
Hogerius, Daventriensis de Athenæo Professor, de Civita-
te Consul optime quondam meritis. Sic cap. 36. *Otium atque
divitiae, quæ prima mortales putant.* c. 54. *Hic genus, atas,
eloquentia prope æqualia fuere.* Jug. 8. *Ultero illi gloriam &
regnum ventura.* Sic lego, quum in Codice, quem Bi-
bliothecæ Daventriensis quondam comparavit Pater meus,
sit *venturam*, in vulgatis edd. *venturum.* Cap. 38. *Nox
& prædæ castrorum hostes remota sunt.* Ita & alibi passim. Decl.
Laronis adv. Catil. *Nec Sp. Malo favor civitatis; nec*
Sa.

præterea divitiæ, decus, gloria, in oculis sita sunt. Lucrer. lib. I. *Ductores Danaum delecti prima virorum. Cic. I. Divin. Annus salubris, & pestilens contraria, supple negotia, id est, res contrariæ.*

Dé Hyperbato, & ejus partibus.

Hyperbasis, sive hyperbaton, est verbi transgressio, & ordo perturbatus, præter grammatices rationem.

Anastrophe, est dictionum præposterus ordo; ut, *mecum, tecum, secum; quibus de rebus; * interest mea; adigere arbitrum, pro, agere ad arbitrum. Cic. in Topicis.*

Timesis, id est, sectio, quando composita, vel conjuncta dictio dividitur; ut, *Septemque triones; maximo te orabat opere. Horat. Quo me cunque rapit tempestas, deseror hospes. Virgilius; Nascere, præque diem veniens age Lucifer alinum.*

Parentthesis, est sensus sermoni, antequam absolvatur, interjectus. Virgil. *Tityre, dum redeo, (brevis est via) pascere capellas.*

Synchysis, est ordo dictionum confusor; ut, *Quinquaginta, ubi erant centum, inde occidit Achilles; ordo est, ubi erant centum, inde occidit quinquaginta. † Multus in hac figura est Horatius,*

Saturnino ius sacro sancta dignitatis auxiliata est. Dele omnino rō Est, & intellige sunt.

** Interest mea, adigere arbutum.] In his non tam Anastrophe, quam Ellipsis, per quam repeti debet præpositio, quæ Verbo est conjuncta.*

† Multus in hac figura.] In Horatianis his locis, quæ adferuntur ex Porphyrione, non omnino opus patem ad Synchysin confugere. Certe ea manifestior longe est in